

Abb. I: fol. 45r, Br. 1–3; vgl. S. 1–7. Copyright © Archivio Segreto Vaticano.



Abb. II: fol. 53r, Br. 27–30; vgl. S. 54–56. Copyright © Archivio Segreto Vaticano.



Abb. III: fol. 53[v], Br. 30–33 (34); vgl. S. 56–60. Copyright © Archivio Segreto Vaticano.


absolui per dil. fil. ... positum Aquilegen. diocesis eos absolui iubemus. Ceterum interrogatus in iuditio coram nobis procurator Gurcen. epi. utrum idem eps pro excommunicato se haberet. Respondit quod revera Salzeburgen. archieps excommunicavit epm et capitulum quarta feria. et post tertia vel quartam diem dedit ipi licentiam audiendi divina et ut divinis officiis interesset. quia ipe propter debilitatem manus celebrare non potest et coram eo divina sibi fecit officia celebrari et exeunt ea que consueverat exercere. Nos autem in eloquendo respondimus quod si res taliter se haberet. eps idem pro absoluto esset habendus nisi postea excommunicationis sententiam excepisset. Testes autem qui fuerint nominati. si se gratia. odio vel timore subtraxerint. per censuram. cessante appellatione cogatis veritati testimonium perhibere. nullis litteris obstantibus preter assensum partium a sede apostolica impetratis. Quod si non omnes etc. Tu frater epe cum eorum altero ea etc. Dat. Lateran. ii. non. maii. pont. n. Anno quartodecimo. Abbati et conventui mon. Canneten.

Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum. tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis. ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dil. in dno filii. vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu. monasterium et personas vestras cum omnibus bonis tam ecclesiasticis quam mundanis que impresentiarum rationabiliter possidetis. aut in futurum dante dno iustis modis poteritis adipisci. sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem villas Sci Tursi. Ste Marie de villa Tibram. Sci Salvatoris de Cunno. Sci Michaelis de Barzen. Sci Salvatoris de Vergundio. Sci Michaelis de Canneri. Sci Antonii de villa nova. Ste ... de Amides. et Sci Salvatoris de Mari mortuo. cum omnibus pertinentiis earundem et universas possessiones vestras. sicut eas iuste ac pacifice possidetis. vobis et per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus. Et presentis scripti patrocinio communimus. Ad indicium autem huiusmodi a sede apostolica protectionis confirmationis percepte. duos obolos aureos gratis oblatos persolvetis nobis nostrisque successoribus annuatim. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis confirmationis infringere. vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Lateran. non. maii. pont. nostri. Anno xiiii. Sororibus de ... iuxta ...

Iustis petentium desideriis. dignum est nos facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant. effectu prosequente complere. Cum igitur dilectus filius Albanen. electus ad locum vestrum in quo tunc ... vanitatibus dno militatis de mandato nostro dudum accedens quoddam fecit institutum. secundum quod vivere debeatis. nos vestris supplicationibus inclinati institutum ipsum sicut pie ac provide factum est approbantes. illud statuimus robur debitum obtinere. Inhibentes ne quis contra illud vos audeat molestare. Nulli ergo etc. hanc paginam nostre constitutionis et inhibitionis infringere. vel ei etc. usque incursurum. Dat. Lateran. vii. Idus ... pont. nostri. Anno Quartodecimo. No. Vi. Wadislao quondam nobili viro. Odonis ducis Polonie

Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum. tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis. ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dil. in dno fil. devotionis tue sinceritate. quam circa libertatem ecclesiasticam geris. et quam ecclesiis et personis ecclesiasticis in tuo ducatu recognovisse dinosceris attendentes. ut ab ecclesia protectionis gratiam sentias quam satagis honorare. personam tuam cum universis bonis que impresentiarum rationabiliter possides. aut in futurum prestante dno iustis modis poteris adipisci. sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. et presentis scripti patrocinio communimus. Ad iudicium autem huiusmodi a sede apostolica protectionis percepte. quatuor auri marcas gratis oblatas singulis tenniis nobis nostrisque successoribus ad Polonie pondus persolves. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis infringere vel ei etc. usque incursurum. Datum Lateran. iii. Idus maii. Anno Quartodecimo. Archiepo Gnesnen. et suffraganeis eius

Abb. IV: fol. 55^v^, Br. 47 (48)–51 (52); vgl. S. 75–80. Copyright © Archivio Segreto Vaticano.



Abb. V: fol. 59^v, Br. 63 (64)–65 (66); vgl. S. 103–106. Copyright © Archivio Segreto Vaticano.



Abb. VI: fol. 82v, Br. 159 (158)–160 (159); vgl. S. 251–254. Copyright © Archivio Segreto Vaticano.



Abb. VII: fol. 83[r], Br. 160 (159); vgl. S. 254. Copyright © Archivio Segreto Vaticano.